Linea regū Babilonie

Nabuchodonoſoꝛ

Euilmerodach

Ragusar

Sabadardacus

Balthaſar

Iſte Nabuchodonoſoꝛ filius Nabuchodonoſoꝛ magni fuit tercius caldeoꝛum rex. 18. captiuitatis anno patri in regnū ſuccedens regnauit annis. 10. Vir quidem preſtantiſſimi animi et ingentis potentie qui paternis regalibus multa ſuper addidit multaq; magnalia peregit.

Iſte Euilmerodach frater Nabuchodonoſoꝛ p̄cedentis quartus caldeoꝛum rex magni Nabuchodonoſoꝛ regis filiꝰ. anno. 28. captiuitatis iudaice fratre predicto ſine liberis defuncto regnum ſuſcipiens regnauit annis. 18. Soluit Joachim de carcere ꝛ magnificauit eum. genuit autem tres filios.

SEruius tullius ſextus romanoꝛum rex nono iudaice captiuitatis anno regnum ſuſcipiens. regnauit annis. 54. q̄uis matre ſerua creatum. nec obſcuritas inhibuit quin gubernacla vrbis inuaſit. Nā eximiam indolem vxoꝛ Tarquinij Tanaquil liberaliter educarat et eius induſtria regnum adeptus. primus cenſum in vrbe inſtituit. Et tres colles. ſ. quirinalem: viminalē ꝛ exquilias vrbi adiecit eamq; augere foſſiſq; ac muro circumdedit: tandē a Tarquinio ſuperbo genero ſuo filie ſue impulſu occiſus eſt.

TArquinus priſci Tarquinij regis filius ꝛ Tullij ſeruij gener. Cui ſuperbo facto cognomē indiderunt. Anno quarto ꝛ quadrageſimo iudaice captiuitatis mortuo ſocero ſuo rege romanoꝛū rex factus regnauit annis. 35. Hic regnum auitū qđ a Seruio tenebatur rapere maluit q̄ expectare: qui ſuſcepto regno mox p̄mores ciuitatis quos rebus ſoceri ſeruij fauiſſe putabat vna cum Tarquinio ſoꝛoꝛis ſue filio interfici iuſſit. et pleraq; per tyrannidem geſſit: tamdiu ſuperbiam regis populus romanus perpeſſus eſt donec aberat libido: hanc ex liberis eius importunitatem tolerare non potuit. Quoꝛum cum alter oꝛnatiſſime femine lucrecie ſtupꝛum intuliſſet: matrona dedecus ferro expiauit. Imperium tamē regibus abrogatum. tandem eiū regno expulſus a poꝛſenna interfectus eſt.

BAlthaſar euilmerodach regis filiꝰ caldeoꝝ rex poſt patrē regnare cepit. Et regnauit annis. 17. Cuiꝰ regni anno p̄mo Daniel ꝑpheta quartā viſionē vidit. Is demū captꝰ eſt: ꝛ ciuitas a Cyro perſarū rege aduerſus foꝛtiſſime dimicante tradita eſt ꝛ funditꝰ euerſa: ꝛ adeo vt nullū tante vrbis remāſerit veſtigiū Sed eam que modo ſtat Cambyſes cyri filius alio in loco condidit.

BAbilon illa magna capit̄ ꝛ auffert̄ eiꝰ ptās. Hec p̄ma ꝛ maxīa ciuitas totiꝰ oꝛbis dr̄: ꝛ q̄ eā hūano ope extrui vel hūanis viribꝰ deſtrui potuiſſe pene īcredibile videbat̄. Que deſtructio facta ē p Darium ꝛ Cyrū p̄mos reges mōarchie perſarum.

Linea regū Romanoꝛum

Seruius Tullius

Tarquinus

Babilon